



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 48. Gallici exercitus fuga inscio hoste.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Proceres, quos inter erant quatuor, aut  
quinque Gonzagæ ex familia Marchionis  
Mantuani, qui ex subditis suis circiter sexa-  
ginta Nobiles amisit. Id præcipue Fæ-  
deratis vito dabatur, quod de exercitu suo,  
nec Ducein, nec milites gregarios dele-  
gissent, exploraturos, quæ de noctu in  
Gallorum castris agerentur, quodque so-  
lidæ triginta sex horas tanta languissent  
negligentia, ut Carolum Regem auffu-  
gisse, nonnisi postera die versus meridiem  
comperirent, quem quidem insequi co-  
nabantur, sed Tarrus ex continuis im-  
bribus adeo excreverat, ut ante vespe-  
ram illum tracicere nullo pacto possent.

## §. XLVIII.

*Gallici exercitus fuga inscio hoste.*

Quamvis hoc prælium Gallis felix fau- *Com. 1. 8.*  
stumque cessisset, nihilominus Ve- *c. 6. & 7.*  
neti exercitum Caroli Regis immani cla-  
de deletum fuisse jactitabant; unde Ve-  
netiis Hymnum Ambrosianum solemniter  
decantari jubebant, atque in cunctis di-  
tionis suæ urbibus festivos ignes in læti-  
tiæ signum accendebant, populo exhi-  
bentes Regis tentoria, quæ Albanenses,  
dum sarcinas deprædabantur, occupa-  
bant: Interea tamen Gallorum copiæ al-  
tera post pugnam die stationem in acie  
quiete tenuerunt, & nonnisi feria quarta  
die

Sæcul. XV. die octava Julii antelucano tempore recesserunt, adeo tamen occulte, ut earum A.C. 1495. fuga foederatis nonnisi versus meridiem innotuisset. Ergo totus exercitus Placentiam versus movit, nemine transitum intercludente, Rexque discrimini sese subducere unice intentus, tandem die decima quinta ejusdem mensis Julii Astam pervenit, quo itinere ne unius quidem militis jacturam ab hoste passus est, viarum tamen asperitate, & commeatus penuria plurimum lacepsitus.

## §. XLIX.

*Inanis Genuam occupandi conatus.*

Post hæc Cardinales Ruverus, Fregosus, Vitellius, Fliscus, Adornius, ceterique a Genuensium ditione proscripti Serefanam in patriam suam reversi sunt, ubi frustraneo conatu populares suos ad seditionem concitare studebant; cum vero nil amplius quam annonam, numerata prius pecunia, ab eis impetrare possent, eaque parcior civibus esset, ipsam ob causam Genuensium urbem obsidere properabant; ast brevi obsidionem solvere compulsi sunt, eoquod Ludovicus valido præsidio, quo cives in officio continebat, urbem muniisset, omnesque Gallorum naves, quæ in Genuensium portibus hærebant, aut incendio